a Ecce/i breui ⁊ i parulo: b Sic: vt dicet.j. Uel/sic.i. ad similitudinē vel abūdāt: c Bñdicet.i.i bonis multiplicabit: d Homo q̃ timet dñm: De q̃ bñdictiōe dr Geñ.xij.a. Bñdicā tibi ⁊ magnificabo nomē tuū. Sz qz hō nō pōt p se hīe hāc bñdictionē/orādus ē dñs vt eam tribuat: Uñ orādo subiūgit:

Alt omnis
Alt te
Alt omēs dies
Alt pax

e Benedicat tibi dñs.i.multiplicet bona tibi. Et ne itelligatur de bñdictiōe tpali/ um/determīando subiūgit: g Ex sion.i. bñdicat.i. bñdictione cęlesti nō tpali. Tob. ix. c. Bñdicat te dñs de ꝰ israel. Geñ.xxvij.f. De rore cęli erit bñdictio tua. Alt sic: e Bñdicat tibi.i.frutū det tibi incremētū: f Dñs ex sion.i.christꝰ ex iudęis natꝰ. Joh.iiij.c. Salus ex iudęis ē. h Et/ex illa bñdictiōe: i Videas/facie ad faciē: k Bona hierusalē.i.bona trūphāt/ eccle sie:h est/ipm dñz quē videre ē esse beatū: ⁊ a q̃ sūt oia bona. Esa.xxxiij.c. Regē in decore suo videbunt Eodē. lx.a. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuū. Job.xvij.a. Hęc ē vita ęterna vt cognoscāt te solū verū deū ⁊ quez misisti iesū christū. Et h nō ad horā:sed/ l Omnibus diebꝰ vitę tuę.i.sine fine. De nocte nō fit h mētio:qz non erit ibi nox:s tm dies.i.plena cognitio. m Et/etiā n Videas/in p̃sentī/i ecclia militāte: o Filios filiorꝫ tuorꝫ.i.genitos d doctrina tua. Prouer.xvij.a.Corona senū filij filiorꝫ. Uel/ n Videas/i futuro i cęlesti hierusalē: o Filios filiorū tuorꝫ.i.fructū operū tuorꝫ. Tob.ix.d. Bñdictio sup vxorē tuā ⁊ sup parētes vros:et videat/ filios vros ⁊ filios filiorū vrorꝫ. Et etiā videas: p Pacē sup israel.i. maiorē q̃ sit in israel.i.q̃ possit aliquis ꝓtemplari. Juxta illud Esa. lxiiij.b. Oculus nō vidit deꝰ absq̃ te q̃ prepasti his q̃ expectant te. De q̃ pace Phil.iiij.b. Et pax dei q̃ exupat oēz sensum custodiat corda vra ⁊ intelligētias vras. Uel/Videas pacē sup israel.i.christū:qui ē pax fideliū ⁊ supans oēs fideles. Eph.ij.c. Ipse ē pax nra q̃ fecit vtraq̃ vnū. Uel/Videas pacē sup israel.i.pacē q̃ erit i supiore israel:q̃ ē pax ęcclitat/: De q̃ dr Esa.lxvj.d. Declinabo sup eā q̃si flumē pacis. Et dicit h ad differētiā inferior/ israel:in q̃ est pax pector/. De qua Job.xiiij.d. Pacem relinquo vobis.

Ecce sic bñdicet homo:q̃ timet dñz. Bñdicat tibi dominꝰ ex sion: et videas bona hierusalē omnib⁹ diebꝰ vitę tuę. Et videas filios filiorū tuorꝫ: pacem super israel. Cāticū graduū. CXXVIII

Epe expugnauerūt me.Hic ē decimꝰ gradꝰ.s.patiētia in aduersis. Qui recte seqt p̃cedētē: Decēs enī ē vt q̃ caste deū timet/oia p ipso patient sustineat. Intētio monet ad patiētiā. Titulus q̃.ē. Modus. Biptitꝰ ē psalmꝰ. Primo exēplo sui ꝓsolat infirmos/ne deficiāt inter aduersa. Scdo ponit psequentiū reprobationē:ibi: Dñs iustꝰ ⁊c. Uir igit iustus q̃si rñdēs q̃rel infirmorꝫ murmurātiū q̃ tot sustineāt mala: Primo ostdit q̃ nō est sup h mirandū nec murmurādū: qz nō est nouū h.s.q̃ boni tribulent:imo diu ē q̃ dō incępit: Et h ē: q Sępe expugnauerūt me:q̃ nō merui. Nec dic q̃: vt inuat multos esse ipugnatores iustorꝫ. Uñ.ē. Multi bellātes aduersū me. Et itez: Multę tribulatiōes iustorꝫ. Et itez: Dñe q̃d multiplicati sūt q̃ tribulāt me. Nec incipit mō impugnatio: Immo/ r A iuuētute mea:q̃ ętas vicina ē inocētię:⁊ iō magis fauorabil q̃ odibil. Alt a pncipio ꝓuersiōis meę:qz pharao ꝓtemptꝰ statim surgit in scādala. Et ęgyptij filios israel statim post exitū d ęgypto psecuti sūt: Exo. xiiij.b. Job. xxiiij.c. Mane p surgit homicida. Jō dic Eccꝰ.ij.a. Fili accedēs ad seruitutē dei:sta i iustitia ⁊ timore:⁊ prepa aiaz tuā ad tēptationē. Uel/A iuuētute mea.i.a pncipio tpis.s.ab abel: Extūc enī cępit psecutio iustorꝫ. Alt A iuuētute mea.i.qz videbāt me iuuenē insipiētē ⁊ ipotentē ad resistēdū:et iō crudelior ē eorꝫ ipugnatio. Hiere.lj.d. Absorbuit me q̃si draco: repleuit vētrē suū teneritudine mea ⁊ eiecit me. Threñ.j.f. Audite me obsecro vniuersi populi ⁊ videte dolorē meū: virgines meę ⁊ iuuenes mei abierūt in captiuitatē. Et qz vir iustus vult oēs ad patiētiā monere/subdit: s Dicat nunc: dū tribulatiōes sequūt. t Israel.i. vir iustꝰ fide videt deū. Hoc inquā/dicat/alij: vt exēplo meo īstruant ad patiētiā. Quid dicat: v Sępe expugnauerūt me.i.multotiēs ⁊ multi modis.i.multi iimica.j. Habab.xij.g. Quęsierūt oēs gētes q̃ erāt i circūitu eorꝫ ꝓterere eos. Cāt. j.b. Filij matris meę pugnauerūt ꝯ me. p A iuuētute mea. Sup. Adolescētulus sū ego ⁊ ꝓtemptꝰ. Et q̃re tam sępe:respondet: y Eteni non potuerunt mihi.i. qz nō ꝓualuerūt/ia totiēs attēptauerūt si q̃ mō possent trahere siue deijcere i pctm. Greg. Diabolus tēptatiōes ꝓtinuat/ vt saltē tędio vincat. Sz vir iustꝰ nō mouet: qz ꝓfidit i eo q̃ nō deserit sperātes i se. Mat.xvj.c. Dabo tibi claues regni cęlorꝫ:et portę iferi nō ꝓualebūt aduersus eā. Eccj.iiij.d. Certa p iustitia ⁊ dñs expugnabit p te iimicos tuos. Sequit: s Supra dorsū ⁊c. Prꝰ dixit iustꝰ se bis impugnatū: Primo blāditijs: ⁊ postea minis: Et qz mō sic mō sic/nec ꝓualuerūt:addiderūt tertiū genꝰ ipugnatiōis qd est p vbera. Et h ē q̃d seqt: Supra dorsū meū fabricauerūt pctōres.i.post ipugnationē vborꝫ/addiderūt ipugnationē verberū. Et z has duas impugnatiōes habet iustus duo remedia. Cōtra vba/ sapiam:contra vbera/patiētiā. Et hę sūt duę alę q̃ datę sūt mulieri.i.ecclię/ vt fugiat a facie dra conis i desertū: Apoc.xij.d. Dorsū igit ecclię sup qd fabricāt pctōres/ē sapia patiēs:et patientia sapiēs. Sapia patiēs cōtra vborꝫ impugnationē:patiētia sapiēs/ contra vberū impugnationē. Sup h dorsū ecclię fabricauerūt multotiens et multiplicit:⁊ vsq̃ hodie fabricāt pctōres multiplices.s.hęretici/iudęi/pagani/tyrāni diuersa genera psecutionū. Isti sūt quattuor fabri de qb⁹ Zach.j.d. Ostēdit mihi dñs quattuor fabros:⁊ dixi:qd isti veniūt facere: Et ait dicēs: Hęc sūt quattuor cornua q̃ vētilauerūt iudā p singulos viros. Duo primi fabri.i.hęretici ⁊ iudęi fabricāt vasa ad potādū de argēto ⁊ auro sophistico.i. doctrinā de sapia non vera: De qbus Hiere.lj.a. Calix aureꝰ babylonis inebriās oēm terrā. Esa. j.f. Argētū tuū vsū ē in scoriā. Job.xiij.a. Ostendā vos fabricatores mēdacij ⁊ cultores puersorꝫ dogmatū. Hiere.lj.b Stultꝰ factꝰ ē oīs hō a sciētia:ꝓfusus ē oīs ꝓflator in sculptili/qz mēdax ꝓflatio etꝰ nec ē spūs i eis. Alij duo fabri fabricāt vasa ad pugnādū.s.gladios ⁊ sagittas:vt sagittēt i obscuro rectos corde:qz factꝰ impugnāt/sicut alij duo vbis. De q̃bus vasis dr Hiere.lj.c. Collidis tu mihi vasa belli ⁊ ego collidam in te gentes. Et.ē.in alio Pš. Misi ꝓuersi fuerit/ gladiū suū vibrabit:arcū suū tetēdit et pauit illū:et i eo pauit vasa mortis. Eccj.xj.d. Attēde tibi a pestifero:fabricat enī mala. Eodē.xxvij.c. Annuēs oculo fabricat iniq̃:⁊ nemo eū abijcet. Sz certe dū hi fabri sup dorsū ecclię fabricare itēdūt vasa mortis: fabricāt ignari disponēte dño/vasa vitę. Uñ recte figurant p ęgyptios:a qb⁹ filij israel vasa argentea ⁊ aurea mutuo accęperūt:sicut dicit Exo.xij.f. Dedit enī dñs grām populo israel cora ęgyptijs vt cōmodarēt eis ⁊ spoliarēt ęgyptios. Magnā siquidē grāz reputāt scti/ q̃ dat eis dñs aliq̃d p ipso pati. Uñ Phil.j.d. Donatū est vob nō solū vt in eo credatis ⁊ etiā vt p eo patiami. Et satis notabilit dicit cōmodarēt q̃si recępturi:qz pro psecutiōe quā inferūt sctis recipiunt ab eis orones.j.Cor.iiij.c. Maledicim ⁊ bñdicim⁹: psecutionē patim ⁊ sustinem⁹:blasphemam ⁊ obsecram⁹. Fabricāt igit isti fabri sup dorsū ecclię nesciētes vasa vtrutū. Uñ Esa. liij.d. Ecce ego creaui fabꝫ suffflantē in igne prunas ⁊ pferē tē vas in opus suū: et ego creaui ꝓterfectorē ad dispergēdū. Dū enī corpa lacerāt ⁊ occidūt/eadē vasa glorię efficiūt. Uñ Prouer.xxv.a. Auferr rubiginē de argēto.i.mortē ⁊ mala sequētia de viro iusto:et egredietur vas purissimū.i.corꝰ glorificatū. Job.xxij.d. Dabit p terra silicē ⁊ p silice torrentes aureos. De his vasis dr Eccj.

Partitio psalmi

Contra impugnationes remed

Ps.10.

Ps.7.

Ps.55.
Ps.33.
Ps.3.

aureos. De his vasis dicit Eccl. xxvij.a. Vasa figuli probat fornax: et homines iustos tentatio tribulationis. Sequit: a Prolongauerunt iniquitatem suam. q.d. non tm sepe: imo et diu expugnauerunt me dic iust: h est/multe et diuine sunt eorum impugnationes: Sic enim restis vel funis prolongat qm vna alij adiungit: sic ipsi pctores iniquitatem addunt iniquitati: hoc e iniquę cogitationis/inimicum sensum: iniq consensui/iniquum op: inimico operi/iniquam consuetudinem: iniquę consuetudini iniquam necessitatem: deinde sequit vel iniq palliatio/quod e hypocrisis: vel iniq excusatio/vel iniq defensio/vel iniq gloriatio/ quam sequit impenitentia seu desperatio: quę est immediata ad damnationem eternam. De his dicit Esa.j.b. Sup quo percutiam vos vltra addentes prauaricationem: Omne caput languidum et omne cor merens: a planta pedis vsq ad verticem non est in eo sanitas. Osee iij.a. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt: et sanguis sanguinem tetigit. i. pctm pcto additum est. Sic adam pcto comestionis addidit pctm excusationis: Gen.iij.c. Mulier inqt quam dedisti mihi sociam dedit mihi et comedi. Hypocrites/pcto iniquę intentionis et malę actionis addunt pctm simulationis. Heretici pcto infidelitatis addunt pctm defensionis: Et sic multi prolongant iniquitatem suam. Vel sic/ a Prolongauerunt iniquitatem suam/ dicit iustus: id est propter quod a me elongauerunt eam: quia quanto plus mali prosequunt iustum: tanto amplius ab eo elongatur iniquitas eorum/ dum patienter sustinet verbera et sapienter respondet ad verba.

a † plongauerunt iniquitatem suam.
b Dns iustus pcidet ceruices
c pctorum: profundant et † peruertan-
d tur retrorsum omnes qui oderunt si-
f on. Fiant sicut fenum † tectorum:
g quod prius quam euellat † exaru-
h it. † Bene qui non implevit manum
i suam † qui metet: et sinum suum qui ma-
m nipulos colliget. Et non dixe-
n runt † qui preteribant benedi-
o ctio dni super vos: benedi-
ximus vobis in nomine dni.

† longe fece/ † iniusticia

† peruertantur

† edificiorum

Alt † arescit

b Dns iustus etc. Secda pars: vbi ostendit pena prosequentium. q.d. vir iust: ita expugnauerunt me pctores: sed h non faciet sp: nec impune: Quia/dns iust/qui habet et posse et velle. Posse: quia/dns. Velle: qr/iust. c Concidet ceruices peccatorum. i. ceruicosos pctores destruet. Job.xiij.b. Memoria vita comparabit cineri et redigent in lutum ceruices vite. In ceruice enim superbia notat: vt dicit Glo. Vnde Job.xv.c. Cucurrit aduersus deum extento collo et pingui ceruice armatus e. Sed quanto altius ascendit: tanto profundius descendit. Unde Job.xx.a. Si ascenderit in celum superbia eius/et caput eius nubes tetigerit: qsi sterquilinium in fine perdet. Hieronymus. Nihil magis displicet deo quam ceruix erecta post pctm. Sed ne omino pereat pctores/ vir iust orat vt ad penitentiam peruertant/ dicens: d Confundantur/bona profusione: qm adducit gratiam et gloriam: vt dr Eccl.iij.c. e Et peruertant retrorsum/a via sua mala/ad viam iustitię: f Omnes qui oderunt sion. i. ecclesiam fide deum speculantem/ vel in specula existentem. Vel omnes mala profusione poterunt exponi. Et tunc non orando/sed predicando et volutatem suam volutari diuine proximando dicit: d Confundant/extra profusione qm nunqm delebitur. e Et peruertant retrorsum. i. inefficaces et impotentes apparebit: f Omnes qui oderunt sion. i. ex odio persecuti sunt finaliter ecclesiam. Hiere.xvij.c. Confundant qui me persequunt et non profundar ego. Eodem.xx.c. Qui persequunt me cadent et infirmi erunt. g Fiat sicut fenum tectorum: quod cito orit et cito morit: cuius viror parum durat: sic gloria superborum parum durabit. Esa. xxviij a. Ve corone superbię ebriis ephraim et flori decidenti. Eodem xl.b. Omis caro fenum: et omis gloria eius qsi flos agri. Job.viij. b. Nunquid virere potest scirpus sine humore: et crescere carectum sine aqa: Cum adhuc sit in flore nec carpat manu: ecce omnes herbas arescit: sic vię homim qui obliuiscunt deum. Et qr superbi frequent deuiciunt in profusione et improbitate: ecce omnes vita tollat: Job subdit: b Quod prius quam euellat exaruit. i. quam cito cepit crescere: tam cito cepit arescere: et quanto citius crescit: tanto citius arescit: et cum viret ex vna parte/arescit ex alia: sic gloria superborum stati vt incipit desinit: et cum florent in vno/arescunt in alio. Unde.s. Homo sicut fenum: dies eius tanquam flos agri.j. Pet.j. Omis caro fenum: et omis gloria eius tanquam flos feni: exaruit fenum/et flos eius decidit. h De quo fenno. i. quod mat et aridis ab humore gratię: k Non impleuit. i. non implebit: l Manum suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget. i. angeli messores: qui in fine seculi. i. malos colligabunt per fasciculos ad comburendum: triticum autem congregabunt in horreum dni. i. bonos in celum: vt dicit Matth. xiij.d. Ipsi de malis qui impugnant bonos/non implebunt manum: vel/sinum suum. i. non colligent ex eis aliquam bonam operationem vel cogitationem remunerationem dignam. Vel ipse christus metet agrum mundi quem seminauit bono semine: vt dr Mat.xiij. d. Vnde Apocl. xiiij. d. Vidit qui sedebat super nubem falcem suam in terram et demes/ suit eam. Et idem/ m Manipulos colliget: id e bonos in ordinem suum in gloria collocabit. Esa.xvij.a. Erit sicut congregans in messe quod restiterit: et brachium eius spicas leget: id est pauperes et paruulos qui per spicas designant. Magni enim partes vulpium: id est demonum/erunt. Unde Michee vij.a. Ve mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemię. Dns ergo de superbis non implebit manum suam/neq sinum suum: id est nec inter minores nec inter maiores sanctos computabit eos. Loquitur enim dauid ad similitudinem alicui qui res chariores in sinu suo abscondit: minus charas in manu portat. Ad hunc modum de minoribus dns implebit manum suam/et de maioribus sinum. Sed superbi nec in manu inter minores nec in sinu inter maiores recipient. Ubi ergo: Ibi erunt vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat: Job.x.d. De bonis vero dns implebit manum et sinum. Unde Esa.xl.c. Sicut pastor gregem suum pascet/ in via.s. triplici pastu.s. doctrinę/ penitentię/ eucharistię: in brachio suo congregabit agnos: id est minores: in sinu suo leuabit fętas: id est maiores: ipse portabit vtrosq. Deinde ostendit p/ pheta qui sunt illi qui non colligent a dno: qui per fenum designantur: illi scilicet qui prophetarum et apostolorum predicationem non receperunt: et ideo eorum benedictionem habere non meruerunt. Et hoc est quod sequitur: n Et non dixerunt qui preteribant: scilicet prophete et apostoli et eorum sequaces: qui per mundum currentes ad patriam transierunt et transeunt: non mansitantes in terra: Benedictio domini super vos. Et iterum non dixerunt eis: o Benediximus vobis in nomine domini: Hoc est/prophete et apostoli illis non predicauerunt: nec dederunt suam benedictionem. Mos fuit apud hebreos: vt viatores benedicerent omnibus operantibus: hic autem econtrario dicit: quia illis superbis inaniter operantibus/nulla benedictio datur aut dabitur. Boni vero operatores replebunt benedictionibus. Deut. xxxiij.b. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput ioseph. Eccl.xxxvij.d. Vir sapiens implebit benedictionibus. Et nota q est duplex dei benedictio. s. benedictio sinistre et benedictio dextre. Benedictio sinistre/est bonorum temporalium multiplicatio: sic benedixit dns laban propter iacob. De hac benedictione dicitur Gen. xxvij.f. De pinguedine terre et de rore celi erit benedictio tua. Job vltl. c. Benedixit dns nouissimis iob. i. in fine multiplicauit eum bonis multis. Benedictio dextre est collatio glorię. Matth. xxv.c. Venite benedicti patris mei etc. Ps. Benedixit filijs tuis in te. Item infusio gratię. Ps. Benedictionem dabit legislator. Et iterum: Benedicat nos deus deus noster. Item bonorum operum multiplicatio. Gen.xxij.c. Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum. Hominis vero benedictio similiter duplex est. Una respectu dei: scilicet gratiarum actio. Tob.xij.b. Benedicite deum celi. Item omis boni ascriptio. Dan.iij.f. Benedicite omnia opera domini domino. Item bona de ipso dicta. Ps. Benedicam dnm in omni tempore: id est bona de ipso dicam. Alia est respectu hominis. s. boni optatio. Sic benedixit isaac filium suum iacob: id est bona optauit ei. Gen.xxvij.d. Item boni vel veri predictio. Sic iacob filijs suis benedixit: Gen.xlix. Item bona datio. Sic dauid a nabal petijt benedictionem. j. Regl.xxv.

Alt † Non replebit

Alt † messor

Alt † transeuntes viam

Ps.62.

Benedictio dei duplex

Ps.147.

Ps.83.

Ps.66.

Benedictio hominis duplex

Ps.33.

Pb.102.